

Landgraf Ludwig schenkt zu seinem und seiner Eltern Seelenheil, zugleich unter Zustimmung seiner Mutter Sophie, seiner Gemahlin Elisabeth und seiner Brüder Heinrich Raspe und Konrad, dem Kloster Ichtershausen 100 Acker Land auf dem Thüringer Walde. — Zeuge: Dietrich, 5 Kaplan der Landgräfin Sophie. 1221 Sept. 9.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Das S. verloren. Phot. H. St. A.
Gedr.: Michelsen, Ueber die Ehrenstücke und den Rautenkranz 40.*

:In nomine sancte et individue trinitatis: ipsius favente clementia ego Lûdewicus Thuringië lantgravius palatinus comes Saxonie. Notum sit omnibus tam presentibus | quam futuris Christi fidelibus, quod nos pro remedio anime nostre nec non et parentum nostrorum cum consensu venerabilis nostre genitricis domne Sophie et dilectissime contectalis | nostre domne Elisabet lantgravië fratrumque nostrorum Henrici videlicet Raspo cognominati et Cvnradi centum iugera agrorum in silva existentium a flumine dicto Goldeniz in longitudine usque ad montem, qui vocatur Bolschele, in latitudine a platea publica usque ad planiciem, monasterio sancti Georgii martiris in Vchterichishvsen ad usus sanctimonialium et fratrum ibidem deo die noctuque famulantium in proprium libera donatione contulimus in perpetuum. Et quia ea, que geruntur in tempore, evanescent cum tempore ab hominum memoria, si iudiciis litterarum non eternantur, hanc paginam de hoc facto scribi sigillique nostri impressione, ut ratum et inconvulsum omni evo
20 permaneat, firmiter roborari fecimus, testibus, qui huic donationi intererant, subter notatis, quorum nomina sunt: Abbas Henricus de Reineresbrunnen. Abbas Everhardus de Valle sancti Georgii. Prepositus de Monte sancte Walbvrgis Hvgō. Henricus notarius. Bruno Frideslariensis canonicus. Eremfridus canonicus de Ordorf. Thetmarus de sancto Michaele in Erphordia. Sifridvs plebanus in Melsvngen. Martinvs sacerdos in Keverenberc. Theodericus cappellanus domne Sophie olim lantgravië. Comites: Henricus de Swarcenbvrc. Gvntherus frater eius de Keverenberc. Liberi: Gvnzelinus de Crozvc. Albero et Theodericus de Vicbike. Lvdigerus de Kerichem. Ministeriales: Lvdolfus de Berlestide. Rvdolfvs pincerna de Vargelar. Fridericus de Drivorde. Theodericus Niger. Lûdewicus de Meldingen. Albertus de Echenneberc. Walterus et frater eius
30 Bernoldus de Thennenstete. Henricus camerarius de Vanre. Albertus de Ebenlieben. Hertwikus de Horselgowe. Beringerus et frater eius Rvdolfus de Cruceburch. Eremfridus de Sumeringen et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini nostri millesimo ducentesimo vicesimo primo, indictione vero nona, v. idus septembris; feliciter.

(SD.)